Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cere facere debueras: quanto magis quia mit dicit
tibi lauare et mundaberis. Descend. f. naaman et
lauit se in iordane septies iuxta sermonem viri dei et re-
stituta est caro eius sicut caro pueri puri et mundatus
est a lepra. Reuersusq; ad virum dei cum universo comitatu
suo: venit et stetit coram eo et ait. Vere scio quod
non sit alius deus in universa terra nisi tantum in is-
rael. Deus vitam meam miseriam et posui lacrimas
meas in conspectu tuo. Ostende michi due quoniam consolatus est me
homo tota die bellans tribulauit me: Secundum Lucam
In illo tpe. Dixerunt pharisei ad ihesum. Quanta audimus
facta in capharnaum fac hic et in patria tua. Ait
autem. Amen dico vobis: quia nemo propheta acceptus
est in patria sua. In veritate dico vobis: multe viduae erant
in diebus helie in israel: quando clausum est celum
annis tribus et mensibus sex cum facta esset fames
magna in omni terra et ad nullam illarum missus est
helias nisi in saraepta sydonie ad mulierem viduam
et multi leprosi erant in israel sub heliseo propheta: et ne-
mo eorum mundatus est nisi naaman syrus. Et
repleti sunt omnes in synagoga ira. Hec audien-
tes. Et surrexerunt et eiecerunt illum extra ciuitatem
et duxerunt illum usque ad supercilium montis sup
quem ciuitas illorum erat edificata ut precipitarent
eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat
Exaudi deus orationem meam et ne despicias deprecationem Off.
meam intende in me et exaudi me Sec. Munus quod tibi
domine nostre seruitutis offerimus. tu salutare nobis
prestare sacramentum. Com. Quis dabit ex syon salu-
tare israel cum auerterit dominus captiuitatem plebis sue exultabit iacob